



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Joannis Nadasi, è Societate Jesu, Annus Caelestis,
Jesu Regi, & Mariae Reginae, Sanctorum Omnis Sacer**

Anni Caelestis Dies, & Festa Mobilia

Nádasi, János

Coloniae Ubiorum, 1667

24 Maji. 9 Kal. Junii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53527](#)

IS
ost vitæ
& maxi-
mnum
ant. A-

XXIV MAJI.

463

S. Bobo, qui victoriam de hoste,
ope Sanctorum Petri & Pauli, retu-
listi gloriosam; cuius ossa, stellâ,
& effusa luce, honoravit cælum.

OMNES SANCTI, &c.

qui pro
astatis,

pag. 320.

S. MARIA, quæ ab hodierno tuo
Guilielmo visa es Filio irato supplices;
ut parceret propter amicos tuos. Placæ
illum è mihi, ac impetra, ut illius mi-
sericordiâ benè utar!

24 Maii. 9 Kal. Junii.

Sancte Simeon Stylites junior,
cujus sanctitatem S. Joannes
Baptista è cælo prædixit; qui sexen-
nis etiamnùm parvulus, à familia-
ribus tibi Cælitibus, & colloquiis,
& nectare, pastus es; orandi, ac je-
junandi jam tūm studiosissimus:
cui & leopardus, & leo, obedivere:
qui tandem gloriosâ in columnâ
statione peractâ quievisti, & jam
stas in conspectu Dei. Hanc mihi
tu stationem illuc procura. Ora, ut
hic ita stem, ut videam ne cadam;
ut me oratione, ac jejunio familia-
rem reddam Cælitibus, quorum
& solatia, & nectar in morte præli-
bem, & post mortem illis æternum
fruar. Amen.

Dd 4

S. Ma-

464 ANNI CÆLESTIS

S. Manahen , Doctor, & Propheta.

B. Joanna, uxor Chusæ, procuratrix Herodis.

S. Vincenti M.

S. Afra M.

BB. Donatiane, & Rogatiane, fratres, in equuleo suspensi, laniati, lanceâ militari confosci, præcibus capitibus Martyres.

Sancti Zoëlle, Servili, Felix, Silvane, Diocles, Martyres.

S. Meleti, Dux exercitus, accosciij ejus ducenti quinquaginta duo, Martyres.

Sanctæ Susanna, Marciana, & Palladia, vestros conjuges Martyres fecutæ, unâ cum parvulis contractæ.

S. Robustiane M.

S. Vincenti Presb.

S. Servule Tergestine Eremita, & Martyr , à cuius halitu serpens crepuit.

S. Elpidi Ep. qui solo aliquando aspectu ægros, & energumenos per sanâsti: de quo dæmones dicebant: Juxta Epiuu cellam ne transeamus; ne torqueamur.

S. Dominice, Ordinis Prædicatorum Patriarcha, hodie translate.

OMNES SANCTI, &c.
pag. 320.

S. MA-

TIS
& Pro-
e, proch.
ogatiane,
i, laniati,
præcibus
Felix, Sil.
is, ac lo-
inta duo,
riana, &
s Marty-
ulis con-
fremita,
serpens
quando
nosper-
icebant:
seamus;
rædica-
anslate.
I, &c.
S. MA-

XXV MAJI.

465

S. MARIA, quæ hodie inter Sanctos
adscripto S. Bernardino Senensi, Co-
ronam tuam recitanti, adfuisti, tēque
psi, pro illâ pietate, quadam singularia
impetrâsse dixisti. Ora, ut benè semper
rem!

S. MARIA, ad cuius imaginem sup-
plex hodie Andronicus senior Impe-
rator, ab hominibus jam desertus, à
victore hoste nil passus est. Defende me
ab hostibus; defende me à me ipso!

25 Maij. 8 Kal. Junii.

Ancte Muti, qui, cùm per quie-
tem ostensum tibi scelerum tuo-
rum indicem, & judicem, ac hor-
rendas æternūm, nisi citò resipisce-
tes, pœnas vidisti, è latrone san-
ctus esse, ab ipsis, qui tibi se magi-
stros dederunt, Divis Cælitibus di-
dicisti. Aliorum verò deinceps ma-
gister factus, cuidam, ad mortem
necdum parato, præparationis tri-
ennium impetrâsti: cui per hebdo-
madam totam jejunanti, diebus
Dominicis mensam ipse Angelus
præparabat. Impetra mihi lumen
illud, in quo peccatorum atrocita-
tem, judicem, supplicia videam,
doleam, emendem; ne imparatus
hinc abripiar! Sed cùm optimè ad
mor-